SAMMELBAND: MARTIANUS CAPELLA. AETHICUS. THOMAS DE AQUINO. THEOBALDUS DE SEXANNIA

12. bis 14. Jh. Seite 6v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26229
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nam athlantici profundi ex gaditano intersecans profunda telluris. libicum hibero latus
abscidit. et confestim se in propinqua maris per longitudinem eius sui. uix xv. passuum milia
numerantur. Latitudo uero ubi angustior. v. uero diffusa vii. uero prolixior. x. milibus expli
catur. Hinc defluxere per diuersos sinus subsidentesque campos. tot maria. tot fragores.
et quantum per diuersa terra tumescit undarum. Uerum illa proruptio influentis oceani
leua europam facit libiamque dextera. et montibus utrimque concluditur. Nam ab europa calpe
affrica abinna monte despicitur. qui utrique prominentes. dici columne herculis
meruerunt. quod testimonio uetustatis laboris herculei limes in illis sit consecratus. Siquidem
ulterius eum progredi consumpte telluris inuia prohibebant. Denique et hoc de eius facere uirtutis
possibilitate persuasum. quod cum ante natura terris maria disparare. ac tantum cun
gi circuitu firmaret oceani mundum predictorum effossis radicibus diuulsoque confi
nio camporum deuexis lacunisque terrarum in prorsum pelagus in usum impigre mortali
tatis amisit. permutans orbis faciem naturamque discrimina. Hoc igitur freto leuorsum
europa distenditur usque in tanais fluminis gurgitem. a quo inchoans asia.
nili tridem alueo limitatur. Qui quidem nilus eandem affricamque disrumpens. telluris
complexum intersecans multitudine fluuiorum. europam tamen terminari propontidis
faucibus dixere quam plurimi. quae propontis per angusta descendens ad meothiden
refertur. Europe tamen principium inchoamentumque limen hispanie constitutum. fertili fru
gum opimeque prouincie metallorum aurique facta miri marmoris gemmarumque
muneribus predicande. quae quidem quod hiberi fluminis intrinuata tractu amnis sui
meruit cognomentum. Cuius illa portio quae athlantico confinis oceano in gadi
tani fertilicius exercitu bethica perhibetur. et ipsa uocabulum propter fluminis
nuncupatione sortita. Que aburcitano fine quantitior meat terraconensis
dicitur a terraconensi urbe quam scipiones condidere. Nam peni fundauere cartaginem.
conditas uecumque urbes amico sui nomine persignantes. sed predictum latus a pyrrine iugis in
altum dissecatur. Siquidem betice a septentrionali confinio lusitania sociatur. cui nomen
fabula a lusu liberi patris uel cum eo bachantium sociauit. Hec quoque cognominis sui
fluuio permeatur. licet eam thagus quoque arenis illustrat auriferis. Olisipone il
lic oppidum ab ulixe conditum fertur. ex cuius nomine promontorium quod maria terrasque di
stinguit. Nam ab eius ambitu inchoat mare gallicum. et facies septentrionalis
oceani. athlantico et occiduo terminatur oceano. Qui dum hispanie limitat ex
cessibus. In eius quoque confinio equarum fetura uentis maritantibus inolescit. uolucres
[illegible] ipso spirante fauonio. Uerum betica cunctas ubertate fecundita
tis prouincias anteuenit. Que quidem habet iuridicos conuentus iiii. Gaditanum. Gurdu
bensem. Oppida. clxxv. habitantium multitudine frequentata. eadem uero longi
tudinis dimensione distenditur. a castulonis oppido fine in gaditanum oppidum
ccl. milibus amplior estimatur. Latitudo in. cc. xx. iiii. milia exercitur. At
uniuersa prouincia habet conuentus vii. carthaginensem. terraconensem. cesar augustanum.
cluniensem. astrurum. lucrenensem. bracarum. Ciuitates uero preter insulas atque aliis

Nota bene

Hispania diuidua
est prouinciis tribus.
betis. tarraconis.
lusitania. dicte sunt
Cassiterides insule
spectant ad usus
celtiberie latus. plum
bi fertiles. et tres
fortunate. de quibus
solum uocamen signan
dum fuit. Ebusus
et balearibus quae a
chitanio abest. dcc.
stadia. serpentem con
non habet. utpote cuius
terra serpentes fugat
Colubraria quae su
cronem uersus. fer
ta est anguibus. In
capite betice
ubi extremum est no
ti orbis terminus.
insula a continen
ti dcc passibus
separatur. quam peni
gadis id est sepem nominauerunt.